






~~111~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
11-69. ———
SIGNAT. ciōiōCCCXIII.














IOAN. FERSSII SILESII

Phil. & Med. Doctoris, ac S. Theol.
logia Candidati

POSTLIMINIUM

ad veram Vnam Sanctam
Apostolicam Catholicam
CHRISTI Ecclesiam.

ACTVS LEGITIMVS ET SOLENNIS
coram

Reuerendissimo Antistite
VV RATISLAVIAE

& pro

S. CAES. MAIEST.

VTRIVSQUE SILESIAE

Præside supremo: Principe
Illustrissimo

DN. ANDREA.

Omnis qui confitebitur me coram hominibus: confitebor
& ego eum coram PATRE meo: qui in caelis est.
Ait ipse DOMINVS apud Matth: cap. 10.

EXSCRIBEBANT TYPI ANDRAE REIN-
beckel: Nissa Silesiorum: Anno Christiano
M. D. XCV.

O R A T I O

Cum primum: Silesiorum nostrorum idem, & Re-
 uerendissime ANTIISTES, & vir Princeps Il-
 lustrissime, & pro S. C. Æ. S. MAIEST. Am-
 plissime Praeses, domineq; nostrum omnium clementis-
 sime: Vosq; iam item & reliqui, Venerabiles, Strenui,
 Magnifici, Nobilissimi, Clarissimiq; viri: Cum, in-
 quio, ego primum adspicere cogitando in rem presen-
 tem, & istam vestram Lucem, capissem: non iam di-
 cam, quod res est, visum me mihi fuisse, prorsus albis
 hinc rari Quadrigis, & in Calum ipsum sisti & effer-
 ri: sed, minuto & humiliore modo nostro, rem dicam:
 videbarq; mihi subito ad calum educi, istud terrestre
 aliquod, luculentissimi cuiusdam, & cum illis Re-
 gum omnium Paradisis, comparabilis Horti. Qui
 adeo, nec modo sensuum omnium accenderet & titil-
 laret affectus: sed ipsius maxime mentis nostrae exple-
 ret captum: suisq; opibus & paene infinitis copijs, ipsam
 illam prouocaret & vinceret, humanae mentis omnem
 curiositatem. Nimirum: adeo ibi mentem meam me-
 osq; omnes sensus & intellectum, affatim confertimq;
 inuadebant atq; implebant, istae diuitiae rerum: & tum
 opulentiæ veritatisq; diuinae thesauri, tum etiam nego-
 ciorum curarumq; moles & faussa. Et prorsus id ego



ibi patiebar: ut uno verbo me absoluam, eoq; Maro-
mano: Et multò ibi ego magis, quàm ille olim Virgilij
Aneas:

atq; animum nunc huc celerem nunc diuido Et illuc:
in partes rapiens varias, perq; omnia versans.

Et vix adhuc-dum, ex illis rerum copijs Et molibus
satis me ex sinuo Et discerno Et explico: idq; adeo
etiam magis nunc: cum ea ipsa tanta res Et vis nego-
cij, ab illa in tacito sinu diuturna cogitatione, in hunc
me ipsum actum suum Et quasi aciem, Et hoc sua præ-
tentura cornu, educit Et sistit: Cum ab illis me hortis
Et latifundijs suis: ab illis, quasi decursionum campis
Et tyrocinijs: in ipsam iam hanc suam Militiam euo-
cat: Et sacramento suo rogat: Et scuto ornamentisq;
suis induit: Et in statum gradumq; ad dicendum Et
ad agendum, componit. Ibi iam verò pristina illa sua
dubia omnia mihi restaurat: Et hæc ita multiplices Et
varia rei huius opes, dubium me faciunt: iuxta cum
illo antiquo Poeta:

τὶ πρότερον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὕστερον καταλέξω.

Nam hic ego: cum initio Et principaliter, ita uti &
quissimū est, ipsum caput Et summā rei specto: ibi sese
menti meæ in clarissimam lucem, Et radio directissi-
mo, offundit ipsa omnis Gratia Et Veritas Gloriosi
nostri

nostri DEI: prorsusq³, uti iam dudum per suum Regem
 Davidem cecinerat, ibi Misericordia & Veritas Dei Ex Psal. 84
 sese obuiat mihi: Iusticiaq³ & Pax sese osculantur mihi.
 Veritas ibi Dei de terra oritur mihi: & Iusticia eius de
 celo mihi prospicit. Et cum Optimi Maximi nostri Dei,
 misericordia, & illa perpetua nitidissima veritatis
 dies & eternitas: e tenebris me Ægyptijs & crepuscu-
 lis hæreticorum, in hanc suam meram lucem & me-
 ridiem suæ Sapientiæ, suaq³ Veritatis, & à sese sancitæ
 ac conditæ Ecclesiæ, eduxerit: vult certè & hic fieri:
 quod olim coram ipsemet edicere & mandare fuit di-
 gnatus: Lucem uti suam, & quemcunq³ lychnuchū,
 ne subtus modium suffocemus: sed in locum suum pro-
 prium, & hanc Auræ publicæ libertatem & conspe-
 ctum, exponamus. Hoc me adeo ipsum, nunc flagitat,
 ille Gloriosus & Zelotes Deus: Hoc omnibus modis
 & vadamonijs postulat, tantum eius misericordiæ be-
 neficium: & hanc pietatis meæ gratiam ex me, suo
 omni iure, reposcit. Hoc me poscit & flagitat ipsa
 omnis officij mei ratio: & ipsa rei præsentis, lucisq³
 omnis, & omnis veritatis, natura & conditio: quæ
 nihil magis abhorrent, quàm abscondi. Hoc me po-
 scit & summè reflagitat: iste ipse sanctissimus Locus:
 in quem pedem nunc infero: ista ipsa terribilis Castro-

Hæc meam
 omnium is-
 tarum res-
 rum προς
 καταρκτη-
 κην videte
 & consci-
 scite secula

rum acies ordinata, sapientissimi Salomonis: in cuius
stationem iam & ipse, nouus Tyro, subeo. Poscit id
& flagitat, ista sanctissima & sola sospita Magna
Mater Ecclesia: in cuius sinum ipsa me Dei miseri-
cordia restaurat & imponit. Poscit & flagitat ista
tua Reuerendissima, Amplissime PRAESVL, Ca-
thedra, & legitimum sacrum forum & tribunal:
quod hanc mihi diem diei permisit: & lite contestata,
mea mihi caussa dictioni, hanc audientiam fecit: &
purgationes meas satis accipere, & gratiam ijs face-
re, ultro postulat. Semelq; istud unum idem, illa me
omnia postulant: quod Apostolici Princeps Collegij
1. Pet. c. 3. Beatissimus Petrus, uniuersam Christianorum po-
steritatem, ipsosq; uno quosq; singulos postulauit: pa-
ratos iubens semper esse ad satisfactionem omni po-
scenti eos rationem de ea, quae est in nobis fide: sed cum
modestia & timore: ut in eo quod detrahunt nobis,
confundantur, qui calumniantur nostram bonam in
Christo conuersationem. Quin adeo hoc me iam idem
istud poscunt & flagitant isti ipsi, ad calumniandum
prompti parati aliqui, & uilitigatores robusti: qui hic
antiquo mihi suo magno in me amori & patrocinio
nuncium mittere minantur: & quia Aduersarias sese
& Partes statuis perpetuisq; Ecclesiae uerae Castris
facere

facere adhibuit: eius nunc odij & hic mihi resuscitant
& inflammant acerbitatem: inq̄ hanc Arenam &
pulverem suum contentiosum, meam quoq̄ innocen-
tiam, vel leuium suorum rumusculorum probris, euo-
cant & pertrahunt: quā clam quā palam: quo iu-
re, qua iniuria: nisi quantillum mea legitima & tem-
pestiuore vindicatione, ijs prauertero. Poscunt me
istud idem: quæ aspicio, & quæ cogitare possum, &
quæ me circumstant, omnia: Res: Homines: qui sunt,
qui erunt, etiam qui iam præfuerunt: omnia loca &
tempora: & ea, à quibus cogor absistere: & æquè ea,
ad quæ transire, & uno stato pede semel insistere, ac
perseuerare oportet. Atq̄ hic ego me & ipse, in eius-
dem officij necessitatem adigo, & quasi in ergastulum
istud compingo: cum culpa & nota mea, quam mihi
Cathedra pestilentia & Epidemius temporum meo-
rum morbus impegerat: eius cum culpa mihi ipsi gra-
uitatem, ex ipsa Lege & Verbis Domini exaspero et
recognosco: diuināq̄ ab ea solutionis beneficium eò cu-
pidius amplector atq̄ accepto. Cum ergo omnis mea
vita ratio & institutum, & ipsa mentis mea Con-
scientia, hoc mihi imperent: cum idem omnes à me
homines, & hoc totum nostrum seculum exigat &
expostulet: cum reflagitent ista, suo Veritatis pu-
blice

blicæ odio, in me etiam forsitan exarsura Amicitia
mea: atq; æquè iuxta idem requirant, iam primu-
lumbene mihi reconciliatæ gratia & amicitia, cum
sola pientissima vera Matre nostra Ecclesia:
cum hoc requirat Mundus hominum, & omnium
temporum: & exceptè tamen singillatimq; ipse
Mundus Catholica Christi Ecclesia, nostra omnium
Regina & domina: Cum id Sacri legitimi nostri
Magistratus, & à Domino ipso dicta & impera-
ta Sanctio & sacer Ordo: & hæc sanctissima Domini
Iesu Episcopalis Vnctio requirat: deniq; cum Deus
ipse hoc gloriosus: eius hoc certa & liquida autoritas:
eius tantum in me beneficium, & beneficij eius lucisq; &
veritatis diuinæ ipsa omnis ratio, & ingenium, &
necessitas, idem in totum requirant: Quid iam ergo
minus facere queam? aut quid tantarum rerum o-
mnium prius habeam facere? quid posterius? qua lege?
quo recto modo & formula instituam facere? & for-
mula rectoq; modo & lege factitanti: quis contraue-
nire, & intercedere, & obtrectare improbius iam por-
ro audeat? Sed & cum his tot tantis rebus satisfacere
teneam & satagam: eoq; me onere & turba negotiorum
premi sentiam, & iam subgemiscam: tamen ani-
mum, avidum in eum campum se dare, & tantam rei
ampli-

amplitudinem admissis equis atq; districtis calcari-
bus persequi: rursus tamen refrenant & quasi suffla-
minant, ipsa haec Auspicia: qua ad eam rem hic mihi
sanctissimus Augustusq; locus, & Cathedra Episco-
palis conspectus, & temporum nostrorum angustia,
accommodant & indulgent: meq; in primi liminis &
aditus lineas arctiores coercent & circumscribunt.
Video, cum obnoxia reuerentia, Hoc: simul sacri
Presulatus, simul Principalis & Capitanea ampli-
tudinis, Solum: eoq; magis hic in animo meo infixum
& quasi εν αυλων habeo, illud magni Aristotelis scitum
& consultum: ut cum Solijs & Prætorijs ἡ ὄσ ἡδισα,
ἡ ὄσ ἡκισα loquamur. Atq; ego hic, gratia eius qui-
dem neq; hilum & momentum sperem spondeam me
adiungere de meo posse: prout quam causa ipsa à sese
iam habeat: & tum in commune obtinet: tum insi-
gnitè sibi vendicat apud hanc Episcopalem Cathe-
dram, cui ea vel pro peculio etiam, adheret, & trabali
clauo adfixa est. Itaq; de hoc securus, & has priores
partes ipsi causa concedens: & eam pro sese ipsa gra-
tiosius loqui, & sese commendare, fretus: alteras
meas partes facio, & occupo: & quò minùs loqui ad
gratiam possum: & quomagis, etiam hunc meum
reatum & penitentis personæ sordidaturam, breuior
B mode,

modestiorq; oratio melius decere possunt: ijs omnibus
ex causis tantò magis hoc habeo conandum in præ-
senti: uti, quanto queam, verborum compendio, ipse
nunc, simul meq;, & tam illustre meum Auditorium
absoluam: & rei, qua de agitur, tanta mea necessitate,
paucis nunc defungar: eiusq; hac auspicia, hoc ipso
tempore, ita breuitus suscepisse, & cum bona spe &
omine successus progressionisq; deinceps amplioris, in
me, nunc primum admisisse, sum contentus: præsertim
cum id adeo, non modo Illustris huius Auditorij &
Loci Religio, meq; persona status & ratio: sed magis
ipsa tempora & dies hoc efflagitet & exposcat. Nam
& clepsydra horaq; meo reatui ad dicendum data, me
restringit: & ipsa huius Temporis nostri calamitas
publica, potiùs in aliam militiam nos videbatur, &
nostra, simul vota, simul studia, & arma prouocare.
Tamen & sic, nihil quidquam agimus, non ad diem,
& suo die, locoq; & tempore, & bene tempestive: cum
& Ecclesiam suam militiæ Dominus sæpius titulo
& schemate nobis depinxerit: & in eam cunctos, post
habitis rebus omnibus euocarit: eamq; adeo militiam,
cunctæ reliquæ militiæ & expeditioni & procinctui
potiorem haberi & præuerti velit, iubeat. Imprimis
verò, cum neq; ego temerè in hunc diem sum reiectus: nec
meo

meo arbitrato ac consilio præcipuo aliquo reservatus:
sed quod abunde alias demonstrandi est copia: à Deo
ipso immortalisimè destinatus, ad deponendum hac die
quasi tyrociniū meum: in militantis Ecclesiæ suæ
castris & prætorio. Nec quidquam ego hic reliquum
habeo, nisi divinam misericordiam, conscientiam, & tam cer-
ta bona fide succinere & ἀντιφωρῆν, illud magni Ce-
leusta & Pausanij Davidis: Hæc est Dies, quam fe-
cit Dominus. VENITE & exultemus in ea. Ex-
pectans expectavi Dominum: & exaudivit preces
meas. Et eduxit me de luto facis, & statuit super
PETRAM pedes meos. Et immisit in os meum Can-
ticum novum, carmen DEO nostro. Multa fecit
mihi mirabilia & aurem ipsam perfecit mihi, & (ut
est efficacius in Ebraea litera) aurem meam perfodiens,
mancipavit me sibi. Tunc dixi, Ecce VENIO, ut faci-
am voluntatem tuam DEVS meus, & legem tuam
habeo sculptam in medium cordis mei. Annunciabo
Iusticiam tuam in Ecclesia MAGNA. Ecce labia
mea non prohibeo: Domine tu scis. Atq; huius iam
adeo, robusti classici & Incentiui carmine, evocatus
& autoratus: prorsus iam & ipse venio: et, functo ty-
rociniij mei & exercitationum diuturnarum tempo-

Ex Psal.

94. & 39.

re, iam ad diem venio: et diem Domini eiusq; vadi-
monium meum obeo: venio annunciare iusticiam tu-
am Domine in Ecclesia tua tam Magna, & labia
mea non continere: Venio annunciare diem, quam
fecit Dominus. Venite & exultemus in ea. Atq;
etsi iam ergo ita mihi pedem efferenti à tyrocinijs
domesticis, in hoc iam publicum, & hac atria &
pratoria & castra Ecclesia: ibi iam occurset & existi-
sit & imminet vis ea, & moles negotiorum: (nam de
periculis, & odijs nunc potius bene ominabor, eaq;
deominor.) negotiorum ergo, inquit, & argumento-
rum ad dicendum, etsi ibi magnum mihi mare hic illico
& in ipso primo limine rei assurgit: tamen litora adhuc
legere & vado me continere, certum rectumq; est: neq;
primiti diei tentamenta, in ipsum altum emittere & pe-
riclitari. Itaq; etsi principia rerum omnium, vel ex
Pindari monitu, scio, splendidiora amplioraq; fieri
iuberi: magisq; hoc scio, Principia ipsa sic consum-
mari & perfici oportere, uti tanquam mensura, reliqui
cursus omnem circumferentiam & circulum, vel
saltim potestate tacita, includant: Etsi item, ut dixi,
video & sentio, quantas ad dicendum argumento-
rum necessarias moles & copias, hac ipsa eius rei
Auspicia, & hic Dies, hic locus, hoc omne nostrum
sacu-

saeculum & omnis ratio, mihi ingerat & imponat:
Tamen rectius est, me nunc diffindere: & ab ipsis
leuioribus primisq; exorsum, nunc, breuitatis gratiam
affectare: atq; in presenti meas ipsius reculas nuncu-
patius paullo respicere: & me ijs saeculi mei culpis, &
contagiosa haereseos labe, semel idonee & fortiter ex-
purgatum, sistere & imponere & firmare, in ipsius
iam deniq; Ecclesiae verae stationes: & his quasi venti-
lantibus & praeursorijs armis, commissiones ipsas capi-
tales reliquas, praeuertere. Quanquam & istud sic
confieri addecebit: & sic meas res nunc mihi egero: &
adsperfas à saeculi contagio sordes, Aquis publica pœni-
tentiae eluero, & meam Rectae veritatis fideiq; &
sanctioris Ecclesiae Candidam mihi candefecero: uti
eadem operam non possim, non, iam etiam nunc ipsam
causam publicam attingere: dum, sub eius me patro-
cinium do, dedo, addico: neque possum tyroci-
nium hic meum ita deponere & mea pericula edere:
uti non simul iam, & PENTATHLI mei panopliam
& ornamenta & Arma grauiora, in hoc, quasi libello
quodam & tabula pro more illorum veterum gladia-
torum, promittam & ostendam. Nec possum causae
publicae auctoritatem ita defugere, et ab ea, me sibi
applicante & commiscente, auerti et separari: uti non,

Ista mea
strictior &
pressior
πρὸτ ασις
& huius or-
rationis
actusq; xpi
τέμενον &
institutum.

iā etiam nunc, hoc meo Lustrali & Initiali die, ipsi
tante caussa, & ipsi diuinae veritatis Luci, huiusq; diei
& Loci splendori, non nihil incipiam satisfacere. Quod
ipsum uti impetrare atq; etiam hac breuiore et pri-
ma mea functione, iam nunc mihi prauertere & occu-
pare queam: ad id verò, Vestra Illustrissima Celsitudi-
nis clementissimam audientiam & gratia Principalis
beneficium: reliquiq; simul totius amplissimi Audito-
rij, fauorem & beneuolentiam, mihi oportet exorem,
et quasi per prerogatiuam exambiam.

Ad longū
DEO ipsi
imputo in
solidum, &
gratias ei
nūc publi-
cè refundo:
quod me is
ipse restituit
iā a mul-
to tempore
sue veritas
ti & Eccle-
siae.

Atq; eius tam impetrabilis vestra Clementia, iam
fretus porro fiducia: neq; de me verò dicere & profiteri,
praeconio nunc meo domestico, aliud habeo & institui:
nisi quod etiam iam in hoc publicum: conscio & arbi-
tro et teste eius rei, toto hoc mundo: et hoc mundo Ca-
tholica, tam militantis quàm triumphantis Ecclesiae:
coramq; ipsa Panegyri omnium Beatorum, & Ange-
lorum: & eorum gloriosae Reginae Magnae Matris
sempervirginis: coramq; a deo ipsa facie et conspectu im-
mortalis et omnipotentis DEI: eidem ego soli immorta-
li et omnipotenti DEO, istud in solidum imputo, & be-
neficium hoc illuminationi & misericordiae eius incom-
parabile, et unum omnium maximum debeo: atq; de
eo ipso has eidem gratias totius animi, mentis, pecto-
risq; et cordis mei, etiam hac iam balbula lingua mea,

edo & promulgo: & in aeternum perennandas, semel
iam publicitus profiteor et quasi condico: et breuiter, in
tanti beneficii ipsi nexu, totus ab eo et descendo: Quod
DEVS noster gloriosus, & ille mentium nostrarum
Imperator: etiam hanc meam teneriorem mentem, in
scientiarum & literarum disciplinis, quasi in cortina
quadam & πρὸς ἑαυτῆα diu multumq; exercitam, &
inde a puero nitidius imbutam & expolitam, & veri
indagandi studiis inolecentem: tandem etiam sua di-
uiniore veritatis nectare puriore irrigauit: & sua il-
luminatiōis radio atq; igne strinxit & succendit.
Quod illum sua diuinitatis radiolum & fauillam in
scientiarum ἐγκυκλοπαιδείας, quasi in nutrimentis et
fomite suo, defensam & eductam, iam & inflamma-
uit, in illud lumen illustrius, etiam scientia & ἐγκυκλο-
παιδείας Theologica, et illius, per suum adeo B. Paulum
commendati Canonis & ὑποτυπώσεως ὑγιανόντων λόγων.
Quod ipse vnus et vniuersus: etiam veritatem suam
omnem, hac gemina germana et sibi prorsus consanguini-
nea et simillima nota et indicatura, ac conditione neces-
saria, mihi prodidit: et ex his nebulis haereticis explica-
uit: uti neq; ullā veritatem, et minimè omnium huius
Religionis diuinæ veritatem, ullam fide & cogitatio-
ne mihi conciperem: quæ non eadem esset & vna
&

Et uniuersa: qua non esset, ueletiam ad illas scientia-
 rum leges & formulas, quantum oportet, et res ipsa
 fert, edecumata & examussim delibrata: qua non, in
 suo maxime uno quoque genere, circuli perfectionem
 eiusque & unitatem & simul uniuersaliorem ambi-
 tum complecteretur. Quod me fecit, aeterna illa Veri-
 tas, neque in tam controuersis & per hereticos vexatis
 dogmatis Christianae fidei, aliam ullam constanti sen-
 tentia assuerato complecti: nisi qua se ipsa commen-
 dasset & firmasset, ijs necessarijs conditionibus, &
 sua αὐτοδ'είει: quali Deus ipse perpetuo demonstra-
 uit & prauiuit: Certè: & cum per suum B. Paulum,
 2. ad Timo. 1. vers. 13. ὑποτύπωσιν nobis sanorum uerborum: & unum Ca-
 Ad Philip. pens. c. 3. nonem perpetuum totius Ecclesiae: ipsamque adeo
 vers. 16. παρακαταθήκην & ueritatem depositi ac successionum
 1. ad Timo. 6. vers. 20. fide continuatam preciperet & inculcaret: Cum ipse-
 met Dominus, easdem eas sui B. Pauli leges multo ante,
 Ioh. c. 16. etiam ipse coram tulisset: ueritatem suam nobis non
 vers. 13. aliter, nisi unitatis simulque uniuersitatis suae, Catho-
 licaeque & Cyclicae perfectionis notis designans. Quod
 idem ergo Dominus, sui eius promissi & mandati
 fidem, mihi etiam fecit, curamque & studium exci-
 tauit: uti ex tot, tamque extrema contradictione per
 Belialem disparatis & diuulsis controuersijs, unam
 tamen

tamen veritatem Domini per omnia comprehende-
rem: eandemq; in media ferè sua regiaq; via, & in
centriunitate, despicientem utriusq; sui extremi exor-
bitationes, sagaciter mihi exciperem: & tantam uni-
uersitatem atq; amplitudinem diuinae & admira-
bilioris sapientiae & veritatis, circuli sui gyro emeti-
rer: & inter sese perpetuum consentanea germanitate
& salutari hypotyposeos adaequatione, ipsam Catho-
licam, & ut Dominus vocauit, OMNEM veri-
tatem, mihi consummare & univrem: Neq; spiri-
tum Sanctum mihi policerer, et à varijs aliorum poli-
tationibus, accipere sperarem: nisi quomodo ipse
Dominus eundem est policitus, & praestitutum edi-
xit: cum spiritum suum sanctum ducem ad O-
MNEM veritatem vocauit: neq; nisi omni & Catho-
licae veritati, ideoq; & Catholicae suae Ecclesiae, pro
peculio proq; ipsa tessera & certiore una indicatura
fuit policitus, hunc com meatum et ductum et hac auspi-
cia numenq; sui spiritus De his ergo nunc omnibus me-
ritis et beneficijs suis Deo meo ago hic gratias. Ago
gratias Deo immortali immortales: quod et Spiritum
suum Sanctum, et suam solam veritatem, iisdem mihi so-
le meridiano clarioribus, & inter se necessarijs et ger-
manis argumentis, signisq; contesserunt: et non minus,
C quam

Vti Deus non est nisi quid Vnū & Vniuersum; Vti neq; eius Spiritus: ita nec Veritas: nec Ecclesia eius, aliud & aliter est. Apocalypf 15. vers. 2.

quam per sancti sui Spiritus virtutem & Ignem, totam olim Mariam uniuersitatem animarat & vegetauerat: eodem apud sui D. Ioannis Apocalypsin liquido Igne ipsum Mare vitreum sue Catholicae Ecclesiae sufflammauit: & ita suam quā unam, quā uniuersam & Catholicam Ecclesiam; unius sui Spiritus uniuerso illo & omnipotenti numine ac comitatu, eaq; duo summa uita aeterna $\chi\epsilon\mu\acute{\iota}\lambda\iota\alpha$ ita eandem $\alpha\tau\epsilon\delta\epsilon\acute{\iota}\epsilon\omega\iota$ circulo nobis designauit, interq; se connexuit. Ago gratias soli aeterno Deo: quod hoc modo, & ad Ecclesiam suam ueram me direxit: eam unam & Catholicam meam assidua inquisitioni praecundo & monstrando: & eadem operā ac lege sanctissimi Spiritus sui facem lumenq; praefereudo: cum illa mihi istum prorsus pariauit & adaequauit. Quodq; illa uniuersalis et infinita DEI uirtus & Vnit as a deo suis proprijs dotibus et notis, uiribusq; etiam Ecclesiam sibi suam conformare et colorare, & quā proximē subiungere est dignata. Ago gratias autori omnis uniuersitatis, eiusdemq; unitatis DEO: quod oculo mentis meae, tot detractis hereticarum fraudium & prestigiaram puluinculis & grumijs: suā mihi lucis radium adfulsit: & integrē atq; directō deduxit ad illam suā solam, credendā, et colendam VNAM Apostolicam.

Discite Christiani uerē credere.

stolicā modisq; omnibus Catholicā Ecclesiam et veri-
tatem. Quod viam mihi munivit, et via omnis metam
atq; terminum mihi firmavit, in hac sua unica, &
eadem legitimis omnibus modis Catholica Ecclesia:
inq; eiusdem & una ipsa, interq; se Catholica, &
pulchre undiquaq; consentanea Veritate: & deniq; in
vriusq; & veritatis & Ecclesia, non nisi unius Ca-
tholica, duce & consignatore, & interprete, sancto
Spiritu: Dei, ut pulchre Tertullianus loquitur, Vil-
lico, Christi q; vicario. Gratias ago illi soli vera-
cissimo Deo: quod uti dictis suis & perpetuis
suis promissis stetit, & ijs fidem asseruit: unam
sibi uniuersamq; et Catholicam Ecclesiam euincendo:
sic eandem Apostolica fidei formula creditam, bona
ipsa fide & in re presenti, satis mihi dedit atq; in ma-
num mihi prestitit: & non modo sacrarum historia-
rum diligentiore excussione, sed ipsis superstitionibus
Testibus omnium undiquaq; etiam peregriniorum,
Ecclesiarum, constabiliuit. Gratias iterum atq; ite-
rum eidem ago misericordi Deo: quod ab illis crepu-
sculis & v. spertilionum regnis, & noctium malarum
inanissimis rumusculis, me in hanc liquidam & eter-
nam suam Lucem & meridiem admisit: iste noster
Dominus: qui in Sole sese ait ponere tabernaculum
suum: uti intelligatur, unum eum aeternum Solem;

re Ecclesia
& pro for-
mula ipsa
fidei vestrae
Apostolica

Lib. de præ-
scriptionis
bus.

Psal. 18.

Incipite ad
vos & ve-
stri hoc spe-
culum in-
tueri: qui
mea à vo-
bis disces-
sioni irasci-
mini.

uni soli esse sua Catholica Ecclesia: Quodq; Sol iste
semel apud me excussit & dissipavit illas omnes ne-
bular, & eclipses ei per mendacium oggissas, & 10-
torum retro quindecim seculorum tenebras, nugaciter
ei, nunc primulum obtensas, à desultore & caduco
Lucifero. Ago gratias Omnipotenti Deo: quod facta
breuicula comparatione, eius Vesperuginis, cum &
Luciferi ea pratexta specie, cumq; ipso Sole Eccl. s. a.
tam illico & facillime totum ulcus & morbum huius
pestilentis Cathedra mihi aperuit: & tam notorios &
confessos, et prorsus manifestos atq; ^{ὁφθαλμοφανῆς} erro-
res, & latas culpas, & summe fonticas & pestilentes
calamitates, ipsi adolescentiæ meæ, exposuit: & me
abhorrere adegit, non tam unam, sed infinite inter se
varias & contrarias: neq; tam Apostolicam, sed ab
Apostolis, immane quantum Apostaticas & alienas:
neq; tam Catholicam: sed nec sibi ipsi, nec inter se
mutuò, nec cum omni antiquitate, concordēs & ana-
logas, Ecclesias. Ago gratias diuinæ Misericordiæ
& Veritati: quod oculos mihi soluit, ab illo tam
efficaci spiritu erroris, & vinculo, plus quam presti-
gioso, impudentissimi, & se ipsum suasq; calumnias
vincentis Diaboli: dum unice veram solamq; Christi
Sponsam non contentus deseruisse: etiam contumelijs
nouis

novissimis incessit & conspurcat: & detractis ijs omnibus ornamentis & insignibus: quæ Dominus ipse de sua Synthesi regia ubiq; & maxime per Davidem & Salomonem Reges, & Iohannem Apostolum fuit delargitus: ipse contra in ipsum iam reatum, & sordidam ac meretriciam suam togam ipsius Antichristi & Belialis, audet ore ferreo transuestire: atq; tam atrox mendacium, tamen audet, etiam pro hypothesis ac fundamento sibi supponere, ad reliquos omnes istos progressus hæreticos: & ex ipsa sacrarum literarum litera, sed corrupta, detexere. Ago graues & grandissimas gratias misericordie Deo: quod tam exitiosam & unicam Belialis, ad has suas falsitates & calumnias tamq; violentam hypothesis, menti meæ temporius, subduxit & eruit: & ipsa ea radice herbaq; dissecta, caducos & ficulneos stolones reliquos hæreseon eruncinavit: & tam diligentiores & firmiores suæ veritatis apud me vindicias posuit: ipsiq; radicibus actis, consolidavit. Ago gratias, quod vicit LEO iste de tribu Iuda: & sedere se Agnus ad dexteram virtutis suæ mihi peruicit: quò sese eleuatum, dixerat olim ipse, tracturum esse ad se omnia: & Ecclesiam imprimis sibi suam contra omnes Inferorum ipsas portas defensaturum. Ago gratias,

Ex Psal.
44. vers.
10. & 14.
& Cantico
Canticorū.

Ioan. c. 12.

quodeum suum Vicarium & adsignatam nobis suam Optionem, ipse e condicto prorsus suo edidit: & semel ei edictas notas & munus, vel ingratis & mnum diabolorum, adseruit: & ubi sunt ausa nostra hereses, hunc Spiritum Christi detrahere suo regno & solio proprio: ipsi Catholica Ecclesia, & veritati, & ipsisq; suis septem omnibus Sacramentis, ipsi suo in primis Oleo & Sacrat & Vnctioni ac Ordini: Ubi sunt ausa, Spiritum Sanctum cum ipsis suis Sacramentis ex a quo omnibus, violare, & blasphemis tangere, & illa herese omnium summa & capitali noxia, peccati in Spiritum Sanctum, sese induere: ubi sunt ausa, hoc tamen, velut opimo spolio Ecclesia, suas amicare & ornare hereses: & Spiritus eius autoritate & plenitudine sese, supra prius omne seculum, tollere & venditare: Ubi non modo isti πύργοι & Tribuni seditioinum, eo raptu & dolo sese extulerunt profligatissima impudentia: sed & ipsam plabeculam eiusdem spolij & rapina fiducia, atq; impijssimo abusu singulos cunctos armauerunt: Ibi ago gratias diuinæ Veritati: quod sese ipsa certius & robustius per eas tenebras mihi ostendit & firmavit: & sua sibi propria ornamenta ac titulos vindicavit: Catholica omnium seculorum et locorum et modorum autoritatis unitatisq;: et con-

soli-

Magnu
noster Præ
tor & ipse
Dominus, re
cuperatorio
iudicio, &
interdicto
suo Vnde
vi, litigato
res suos de
possessione
sui Spiritus
dei cit.

solidantis utranq³ eius, sibi proprij et perpetui Sancti
 Spiritus: quodq³ huius possessionem, suumq³ summum
 Et antiquissimum thesaurum, sua Veritatis perenni-
 tati, suorumq³ presentis efficacis Sacramentorum, de-
 fendit Et conseruauit: et eum, à Domino additum Et
 compromissu, Et non nisi suis legibus, suo sacro ordini,
 suis sanctionibus deuinctum Arrhabonem, Et hypo-
 thecam, Et ius fiduciarium, non passa est longius per
 vim Et dolum surripi ad palliandas extraordinarias,
 et illegitimas et diabolicè exitiabiles cursationes, Et
 singulorum hominum ἀυδεκάσσοις et ἀυτοληκὺθσοις αἰρέσει.

Ago gratias Domino Et Spiritui eius: quod quàm ille
 diuinitati suæ Et suæ sapientia Et ueritati Et le-
 gibus, unice pertinacissimeq³ hasit: quàm ille
 sibi suam Catholicam Ecclesiam, Et cum tota mundi
 uniuersitate adequatam, uniuert: atq³ in primis, etiam
 cum omni retrò Ecclesia, cum omnium Beatorum Ec-
 clesia, perpetuò consimilat: cumq³ ipsa etiam omni Iu-
 daica Ecclesia, pariat atq³ concorporat: Et pro claris
 suis edictis, etiã discolors greges in unicum sibi ouile
 pulchrè conducit: Quàm ille idem, ea gratia Et causa,
 etiam uisibilem suam Ecclesiam, non adeo insuper ha-
 bere potuit: uti sine conceptis Et nuncupatis legibus,
 gentium temporumq³ Et variabili rerum faciei deco-
 lorandã relinqueret: potiusq³ nihil magis egit, sategit,

Nimis hinc
 quàm pro
 re, stringo:
 quàm ualde
 Dominus
 Ecclesiam
 suam uolue-
 rit feceritq³
 esse, & unã
 & Catholi-
 cam: etiam
 Unitate &
 uniuersitas
 te prorsus
 Monarchi-
 ca.

peregit, perpetuis ijs omnibus saculis, suaq; ipsius praesentia & commercio: quam uti Ecclesiam suam inde ab ipsa rerum origine sibi in leges suas conficeret: & certa optimaq; politia, et omnino Monarchia sacra formula circumscriberet & coereret: Quam hoc unicum vrsit & persecutus est, Dominus: & id constituit statim in suorum Patriarcharum Ecclesia: pressiusq; & seuerius capit, sua in gentem iam amplam exaucta, Mosaica sua Ecclesia, dictare, & conceptis verborum formulis praere & edicere: idemq; efficacius demum & illustrius ipse iste Dominus & Paterfamilias, (ut pulchre B. Paulus loquitur) ad suam domum inuisens, ipse coram est exsecutus: & Ioan. c. 1. Legis per Mosendam sua (ut B. Iohannes dicit) ipse veritatem demum & gratiam intulit: et eam suam Hierarchiam & prorsus Regale Pontificium, iam in suam καθολικωτέραν & uniuersaliorem Ecclesiam sanciuit & stabiluit: Quam hoc ipsum, Ipse Dominus, accinctus nostra peregrinationi, & transeundo, ut ipsemet ait, nobis seruiens, toto isto suo mysterioso triennio & paullulum ultra, est persecutus: et in suo Duodecimviratu, sua Ecclesia & Monarchia uniuersitatem: in sui autem Petri primatu et iure prerogatiua ac primogenitura, eiusdem sua Ecclesia, perpetuam

Ad Hebr. cap. 3.

Ioan. c. 1.

Luc. 12. vers. 37.

petuam Monarchiam, & tam necessariam unita-
 tem: sanciuit & communiuit: Quam hoc ipsum re-
 cognouit, & secutus est, atq; ad unguem *κατὰ πῶδας*
 imitatus Spiritus Domini, sicdem per omnem Ca-
 tholicam reliqui temporis Ecclesiam: uti olim illico
 per ipsos Apostolos: & huius unitatis, & Monar-
 chie potissimum virtute ac operâ et (ut S. Paulus pul-
 chre loquitur) *ἐνοχογηρία*, Catholica Ecclesia corpus
 consummavit & impleuit. Quam ergo ista omnia
 Dominus & Spiritus eius, pro mysterijs præcipue &
 unius maxime suæ Veritatis habuit, fecitq; & con-
 stanter est perfunctus: Tam ago Gratias Deo iam
 isti sapientissimo *φιλαυθῶς πῶς*: quod eiusdem Veri-
 tatis lumen mihi extulit: & eâ luculentiori faculâ &
 quasi Lucifero quodam *δαδ' ἄχῳ*, in Regiam suæ Ec-
 clesie viam coercuit: & ab istis tam absurdis & per-
 plexis & varijs diuortijs nostrorum sophistarum
 & *νεοτεπισῶν* eduxit. Eduxit a via & spineto impio-
 rum: qui contendunt Ecclesia Domini non esse necessa-
 riam adeo hanc certam politiam: non esse necessariam,
 eam optimam politie formulam: non esse Monarchi-
 am ei adeo necessariam: saltim, non esse, toti & uni-
 uersæ Ecclesie, continendæ eius unitati, necessariam:
 Adeoq; necesse iuris diuini, nec à Domino disertim
 D imperari

Ad Ephes.
 c. 4. Vers.
 16.

Diabolus
 nunc, per
 nostros pri-
 mum hære-
 ticos, Mon-
 archiam
 suâ ipsius ob-
 liuiscitur &
 ausus fuit
 damnare:
 quod Chris-

Itus aiebat
eum non
temere fa-
cturū Lucæ
II. vers. 18

M. Luther
in sua po-
stillatione.
I. Calvinus
præfat. in
Catec. su-
um.

Meas gra-
tiarum acti-
ones & be-
neficiorum

*imperatam & præcipuè institutam: Quin imo eum
omnem Primatum, esse Diaboli ipsius institutum,
& argumentum superbiarum. Qui tales blasphemias
in Christum & Spiritum eius & præcipuas eius
seriasq; leges audent: Qui tanta falsitatis impuden-
tia subnixi, tam audere porro potuerunt, Ecclesia
Domini nostraq; unica omnium Patria, eam poli-
tiam subvertere: & totam ideam ac faciem et qua-
si scenam alterare: & pulcherrimum ac necessarium
statum in democraticas miscellas merasq; Anarchi-
as deformare: Qui adeo huius rei & posteritatis &
Ecclesia Domini, & non modò Catholica Ecclesia,
sed & sua ipsorum Synagoga, securi & incuriosi &
flagitiosè prodigi fuerunt: uti ideo in has factiones &
infinita segmenta dilaniandam reliquerint: Qui adeo
hoc commisere scientes & volentes & prudentes: uti
inde ipsi sibi prædixerint, sua Evangelia Sexaginta
annos non impletura: qui de sua posteritate, ne qui-
dem cogitare se posse, sibi sunt ominati: Qui adeo &
his ipsis suis effatis, et magis ipsis facinoribus et actis
suis, ultro ostendunt, quàm in totum aliena & con-
traria à Christo Domino senserint, docuerint, patra-
rint: Quàm nunc latari me oportet & DEO gratias
agere: meo à tam notorijs fraudibus & mendacijs et
exitia-*

exitialibus peccatis, ipsisq; in Sanctum Spiritum
 peccatis, Vindici & Assertori? Quam me exilire tri-
 pudio: magis, quam vlla $\alpha\phi\epsilon\tau\omicron\varsigma$ & liberrima caprea
 & hinnulus laticia & gratiarum tripudiat: sapien-
 tissimus Salomon iusserit? cum ex his cassibus et per-
 petua malaq; Formidine, ipse me Deus ereptum, in
 Montes suos eduxit: in Montes sua pacis & securita-
 tis: in Montes, super quos ipse facit ambulare specio-
 sos illos pedes annunciantium suam pacem. Quam
 mihi hic sequendum sit, magni huius mei ad verita-
 tem indagatoris Salomonis classicum: et in eius vesti-
 gijs tandem excurrendum cum capreis & hinnulis
 ceruorum super montes Aromaticum? Quam istam
 eius vocem & totius de Ecclesia Classici & Carmi-
 nis atq; Odarij summam et coronidemeam, cordi &
 curam mihi, singulisq; fieri oportuerit? Et me, quid iam
 esse latius, beatius, solutiusq; possit? qui Deum mise-
 ricordem sentiam, eas omnes beatitudines et laticias,
 in eo Odario per Salomonis sui preconium nobis cele-
 bratas, in me contulisse? qui me ab eo tractum sense-
 rim in odorem unguentorum suorum, & Olei sui
 effusi: in vim et indaginem sui Sancti Spiritus, &
 admirabilium Sacramentorum, & maxime sacri
 Ordinis sui et hierarchia Ecclesiastica. Qui me sen-
 tiam,

Dei elogia,
 breuius elo-
 quor verbis
 & elogijs
 iam Sancti
 Spiritus &
 maxime
 Salomonis.

Esa. 52.
 vers. 7.

Cantici
 vers. vltis-
 mo.

Cantici c. I.

Cantici c.
I. vers. 8.

Ex Cantici
c. 2. vers.
14.

Et vers. 15.

tiam, iuxta cum ea sponsa Salomonis, quasi ipsa
Dei manu, deductum et comitatum, Et in vestigia
missum Gregum maiorum, deducunt ad ipsa tabern
nacula Pastorum: Qui mihi viderim diuinitus mon
strari, faciem Columba sua in foramine PETRAE, inq
cauerna maceria: Viderim Ecclesiam Christi Ca
tholicam Sanctam, Sanctaq; Christi Columba Et
Spiritu comitatum, mihi a Domino designari in
angulo maceria, binas Ecclesias coniunctura, et in
acie firmioris sua Petra. Qui viderim ab eodem Ve
natore meo Domino, capi hic mihi Vulpes paruulas:
qua deuastant vineas gemmescentes Domini: qui
hic senserim: Dominum ipsum, mihi vi
neam suam defendere: et excludere istas in eam sese
insinuantes, Et uuarum verbiq; Domini pastu sese
saginantes et tumeficientes vulpeculas. Qui a tanta
versutia nostrarum Vulpium: Et ipsarum gemma
rum et germinum Verbi Domini depastu, me hic sen
tiam ab ipso Domino liberatum: Quae ei gratias satis
digna? quas gratias et leticias concipiam tanto pa
res beneficio? Quodeius beneficium, inter tot alia,
mihi sit prestabilius Et amplius et diuinius? quam
quod eodem illo mystico suo Odario, ipse Spiritus
Domini per Regem Salomonem pro capitali, Et uno
optimo

optimo maximo canere, & praludere voluit. Nam
quid omnium rerum sit optabilius, & dulcius? quàm
videre illam progredientem, ut Auroram: pulcram
ut Luna est: electam ut Sol est: terribilem, ut
castrorum est acies ordinata? Quid est magis neces-
sarium & vile & gloriosum, quàm à Domino ad-
scribi in suam militiam? & eius Sacramento ro-
gari? & sub eius vexilla in gradum statumq; ad-
mitti? Quàm est salutare & fructuosum? ab illis
impiorum Partibus, & male conciliatis sarcinatisq;
Endromidibus, et interpollibus pannosis Scorteis sem-
perq; versorijs castris: quæ etiam Psal. 83. detestatur:
diuinitus abstrahi: & traduci in illam aciem, ad
terrorem usq; ordinatam, Castrorum Domini? Quid
illustrius & regalius, quàm (quod etiam ille Psalmi
67. Paan extollit) in excubias à Domino Impera-
tore collocari inter medios Cleros, tanquam alas Co-
lubarum de argentatas & ὄρνιθων ipsum aure-
um? Quod theatrum & quæ spectio sit elegantior?
& quid omnino in Sunamitide sua, & in Catholica
Christi Ecclesia spectare & laudare habuit, ipse olim
Rex Salomon: nisi choros Castrorum istos? Et quid a-
nima mea: nisi quantum ibi iam et Salomon precinit:
canat etiam ipsa: & sollicitè diuq; anquisuisse se: &
D 3 tandem

Ex Cantic
c. 6. vers. 9

Ex Psal. 83.
vers. 11.

Ex Cantic
c. 6. vers.
12. & 11.

tandē, ex hac ipsius Domini illuminatione, id ipsum
se edoctam esse certius: quod vocetur et alligetur diuini-
tatis ad ipsas Quadrigas Aminadab. Quid hic adeo
triumpho? Et laetor Et gratias Deo meo obnoxias
suas reddo? nisi quod ex Transfugarum, et veritatis
ac Ecclesie perduellionum, tam subitis Et varijs Et
versatilibus castris me reprehendit: et statuit in aci-
em Et stationem suorum Ordinum, Et sui iusti ex-
ercitus, atq; ordinata aciei Ecclesie: quod me in Ec-
siam suam, istam veram, euocauit, ordine et lege for-
mulaq; et regulis certis Domini, non minus descripta
et stabilitam: quam una acies Et ordines militia de-
scribuntur. Quod sic me in ordinem suum redegit Et
restituit: Et a se olim designatis sacris lineis Et inci-
tis mensurisq; definiuit: et ab his tam extraordinarijs
is Cursationibus, et ordinis diuini violatrice imperi-
ta audacia, Et grauissimis culpis, transfugij Et pra-
uaricationum, in suos me ordines reuocauit: Et sub il-
lud suum suauem mansuetum iugum misit: et sub vic-
tricia sua signa conduxit: Et Ecclesie suae Magnae et
Catholicae et pulcherrimo ordine perpetuaq; sua serie
sacraeq; successionis uno eodemq; aeterno tenore et Ari-
adneo quasi illo filo concatenata, subiunxit: atq; in
hac ipsa legione sua Et acie simul me etiam statuit et
admouit,

admouit, ad ipsas *Quadrigas Aminadab*, et ad ipsa
sua tabernacula *Pastorum*. Hoc hoc ipsum est: quod
Et Dei ibi Spiritus in illo sui Salomonis caelesti Oda-
rio, pro maximo et unico DEI celebrat Et commen-
dat beneficio: quodq; ipsum et ego hic sentio ac profi-
teor, inter plurima illa diuina miserationis argumen-
ta et donatiua, istud esse summum Et optimum. Hoc
hoc ipsum est: quod DEI iam Spiritus ostendit in prae-
cipuis sibi esse: Et huius ipsius tam ardua et sollicita et
singulos homines exercitatura, de vera Christi Eccle-
sia, questionis: sic, uti non nisi eandem eo toto diuino
Et luculento Carmine pertractat, et ex sequitur: Ita
eius ergo questionis Et nodi prorsus Gordij, neq; esse
solutionem aliam: ibi ostendit, nisi quod Ecclesia DEI
est agnoscenda Et acceptanda Et sequenda: quae sit
terribilis ut castrorum acies ordinata: quaeq; eadem
excubias inter medios Cleros suas habeat: illas Co-
lumbas Domini auro Et argento distinctas: quaeq;
in primis excubet ad ipsas *Quadrigas Aminadab*,
Et iuxta tabernacula pascat suorum *Pastorum*.
Hoc hoc profecto ipsum est, quo de agitur. Atq; ame-
mus et de osculemuro osculo oris nostri, tam gratiosam
olei effusi huius et Sacti Spiritus suauitate: quae a deo
grauem

grauem & duram perpetuamq; de Ecclesia sua, de suo proprio solio & Cathedra, questionem, tam amavit luculento et claro schemate nobis dilucidare: atq; tantum suum beneficium, etiam sententiarum amenitate nobis commendauit. In aciem vocat, istos Errones: & Fugas suas reprehendit: & dubias Ecclesie verae animas, sub signa vocat. In aciem castrorum ordinatam, & chorearum modo distinctam nos collocat & adoptat: in Ecclesiam trahit & rapit, suam veram, suis conceptissimis legibus & sanctionibus ratis, & aeternis deuinctam: atq; in primis optima & saluberrima Monarchia, & Ciuitatis, & inuicta Aciei regulis, atq; circulari quadrataq; perfectione denormatam. In aciem ergo nos vocat sua Ecclesia: quae Catholicam suam aeternitatem, & ratam perpetuam unicam Ordinum suorum faciem, & quasi fertam & amissim, sibi continuat & legitima sacre Successionis formula & canonio perennarit: & sit una inuicta, plenissima, aequabilis, sibiq; simillima, et nullibi hians aut luxata aut interrupta acies: sit (semel ut dicam) una, modisq; omnibus Catholica, inter se tota, & cum omnibus suis membris & statibus, tum equalis, tum consimilis, Ecclesia. Prorsus enim hoc est: & hoc vult Deus perpetuum, quod semel edicit

edicit per suum Dauidem: sic adificari vult suam
Ierusalem, uti sit ciuitas: & quidem talis ciuitas,
cuius sit participatio $\epsilon\iota\varsigma\ \tau\omicron\ \alpha\upsilon\tau\omicron\iota$: uti Psal 120. fuit
locutus. Ergo & ad Quadrigas nos nuncupatim
statuit ibi Sanctus Spiritus, sui Aminadab. Ita nos
in aciem statuit pulcherrimo ordine & lege compo-
sitam: uti in primis Sacra Monarchia neruo et glu-
tino, & ut Pauli verbum est, $\epsilon\tau\ \epsilon\chi\omicron\pi\eta\gamma\iota\alpha$ & emana-
tione velit contineri. Totam eam aciem, cunctosq;
simul & singulos, tandem reuocat ad Quadrigam
sui Aminadab. Uti enim in illa acie sui quondam
populi & Ecclesie Ebraeorum, primas partes et sta-
tiones, & omnino Imperium totius exercitus me-
rum, tribui sua regia Iudae, et in ea nuncupatim huic
familie Aminadab, exceperat: & eo prerogatiua
Iure istum Aaronis socerum Aminadabum donauit:
Ita nunc eo clarissimo et efficacissimo exemplo,
& ad hanc rem proprio, & germano Ecclesie ipsius
Mosaicae archetypo: voluit ibi Sanctus Spiritus,
omnem omnium saeculorum, & hanc proprie Ca-
tholicam Christi Ecclesiam (de ea enim principaliter
ibicanit:) eam ergo Ecclesiam veram, sic voluit in
immagine sua & luculenta, semel nobis exponere: atq;
eius capitaliores notas & ingenium ipsum, atq;
E ingeni-

Cantici
cum versu
II. cap. 6.
sic declarat
id ipsum
Canticum
c. I. vers. 7.
& 8.

ingenitas & prorsus connaturales &, ut philoso-
phorum verbo dicam, individuantes conditiones
recti & perpetui unius Ordinis, & maxime sacri
Ordinis ac Monarchia: nobis affigere & obsignare
hac luculentiore & viva ichnographia, pulcherrima
aciei: à *Quadrigis* gubernata, unius *Aminadab*.
Atq; simul hic ægerrime patior, per horula angust
am non me posse, in tam illustri imagine & Sole San-
cti Spiritus diutius iam versari, & tingi, & col-
rari, cum illa *Atra*, sed *Formosa* eiusdem *Odarij*
Sacra Sponsa. Ægerrime hic præter eo: et tam directo
& perpendiculari perstrictus diuina *Veritatis* radio:
non me hic audeo ad illam eius porro penetrare lu-
cem: uti eam ipsemet ibi *Sanctus Spiritus* prætulit &
accendit: cum eam *vinam* suam *pieturam* simplicius
quasi delineans: ignaras & dubias vera *Ecclesie*
mentes, destinat & dirigit in *vestigia Gregum*, &
per *Maiorum* *vestigia* & in *via eorum* regia, facili
& recta indagine deducit ad ipsa *Tempe* & compa-
scuos *agros Domini*: neq; nisi iuxta ipsorum *Pasto-
rum casulas* & *Mapalia*. Non possum nunc mea
oratione prolixius persequi, demonstrata ibi adeo,
à *Sancto Spiritu* *vestigia* ista *Gregum*, & ea *Pasto-
rum tuguria*. Neq; possum, hoc quidem loco, eandem
verita-

veritatem & lucem, uti toto eo Odario precipue ex-
tollitur, persequi. Non etiam persequi: uti eadem lu-
culenta veritate, quasi sigillo suo proprio, obmunire
& subsignare, etiam Ecclesiasten suum, idem Salo-
mon voluit: cum ait, verba sapientum instar aculeo-
rum & muricum, contra quidem omnes hostes esse:
eademq; esse etiam instar Cratium et gerrarum, &
vinearum in profundum actarum, & instar caueæ
atq; ouilium palis suis sublicisq; firmis, ceu lorica,
obseptorum: Reuera breuiter, veritatem ait DEI
& fidei, sic esse ἀυταρκή. & à sese securam et tutam:
uti sibi eadem sufficiat & εἰς προφύλαξιν & εἰς ἀμύναν:
in arma tam ὀσφυλακτικὰ & defensiva: quam
ἀμυντήρια & offensiva: Sed eam tamen, ita securissi-
mam & firmissimam Veritatem, addit, non esse: nisi
qua sit promulgata et sancita ab uno ipso Ecclesie
Pastore, de consensu simul & sententia sui sacri con-
siliij et Presbyterij & senatus. Non possum, aio, hoc
tam serium & capitale edictum magni Regis &
Sanctionem in totam Ecclesiam, pro eius dignitate
persequi: qua ille amplius nos requirere quidquam,
& pro humana mentis curiositate, aliud, non vult
ibi desiderare. Sed neq; etiam possum tantum in præ-
senti meis votis et ipsius rei amplitudini permittere:

Et Ecclesi-
astes eiusdē
Salomonis
cap. 12.
vers. 11.

Et totum
Psalteriū :
Maximè
Psalms
132.

Conclus
do ergo
et conso-
no succi-
noq; ipsi
etiā Da-
vidi.

uti eius tam illustrem & precipuam veritatem, am-
plius huc sistam et instaurem: cum suis Atlantibus
& columnis: quas ubiq; Sanctus ei Spiritus, aequè et
per Regem Davidem, supposuit & arrexit. Non
possum totum divini eius Poetae Psalterium, & om-
nes ad unam Odas, non nisi unam Ecclesiam
Magnam occentantes, huc iam referre & resonare:
Ne quidem eius breviculi & arguti, sed luculentiet
elegantis Odarij, Psalmiq; 132. carmina & sen-
tentias de hoc ipso negotio certiores firmioresq; pos-
sum hic, suo necessario loco, laudare & exponere, &
merita causa implere: Quanquam neq; hæc brevior
oratio debet, sibi persumere & occupare illam adeo
negociosam et differtam materiam ac questionem
de Ecclesia: neq; oratio una potest defungi tanto ar-
gumento iusti pleniq; commentarij: meiq; adeo ipsius
iam in procinctu stantis ea de re **PENTATHLI:**
Cuius spe & fiducia, in presenti quidem, sat habeo
pro omnibus Psalmis, illud cum 123. resonare et ab-
imo meo pectore ἀντιφωνῆσαι et ordiri: Latatus sum in
his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus,
STANTES, STANTES erunt pedes nostri in
atrijs tuis Hierusalem: Ordior item & occento
cum 83. Psalmo: Quàm dilecta Tabernacula tua
Domine

Domine virtutum ? Melior est dies una in atrijs
tuis, super dies mille. Elegi potius abiectissimus fieri
in Domo Dei, eiusq; ipsi soli limini & ostio adhaere-
cere malle: quam indigenam et vernam & civem
optimo iure esse, in istis fugacibus & versatilibus
castris Belialis & Transfugarum. Ita exorsum et
praeunte magni Regis Antiphona atq; incantatio
redditum, à me carmen desino, et aequabili harmonia
concludo in eiusdem magni Pausarij ipsa *ὕπναι*, &
Psalmi. 26. supremo voto: Vnum petij à Domino:
hoc requiram: ut in habitem in domo Domini omni-
bus diebus vitæ meæ: ut videam ipsam voluntatem
et veritatem Domini, & visitem Templum eius.

Dixi paucissimis, quanti beneficij diuini reum de-
bendi, mea me conscientia, & accepti pagina iam
dudum faciant: & ista iam deniq; ipsa dies Domini
prorsus reum peragat: & ipsius me anima suum
debitorem, in nexum suum ducat et rapiat. Dixi:
quantum Dei immortalis beneficium: et à pluribus
iam annis mihi sparsum & adsignatum donatiuum,
ista primum mea dies, solà hac publica gratiarum
professione & gratæ pietatis nuncupato aliquo meo
testimonio, & hoc quasi præmesso ac negotiorum sa-
crarum mearum primitiarum: potuit remunerari.
Dixi:

Quare &
iã omnino
Concludo
tandem &
recolligo
prædicta
mea.

Dixi: neq; adeo quantum reuera illud beneficium sentio esse, & quanti aestimo: suisq; id precijs et opibus immensum & incomparabile est: sed tamen quanti illud ipse Munerarius et autor Deus, in suis ubiq; scripturis, & praesertim per Reges suos, Dauidem, & Salomonem aestimasset: & precium sui nobis semel ipsemet fecisset: quibusq; id ipsis verbis fecisset: contentus fui, hoc tam breui et arcto horae meae spacio, paucissimis indicare, & designare potius, quam pro sua dignitate & amplitudine exsequi.

Vti sciant
menihil ni-
mum di-
xisse: pro-
uoco eos ad
Salomonis
& B. Ioan-
nis elogia.

Apocalips.
Cap. 12.

Dixi, & breuius celebrari: quantum sit bonum, & unicus, non huius modo, sed ipsius aeternae vitae, thesaurus et omni auro contra, carum precium: possessio & per vindicias legitima euictio, vera sancta et solius Sospitae et salutaris vnius Ecclesiae Christi. Eius ego precium & aestimationem, longè iusto dixi breuius, minusq; quam Sanctus Spiritus, ipse eius Dux & unicus rector, ubiq; in caelum usq; tollit et infert: & diligentius, tum per Regem Salomonem, tum per nostrum B. Joannem Apostolum, optimis maximis elogijs suis amplificatam, & censione recta verisq; suis momentis pensiculatam, longè, non modò supra humana nostra, sed etiam supra Lunares vicissitudines, & varietates, extollit: & in ipsum cali Regem Solem induit, & pro Regina ei desponder. Nimum

quantum adhuc minora et pauciora, quam pro re, dixi:
Et pro ut Ecclesia dignitatem et auctoritatem Et pre-
cium, Sanctus eius Spiritus nobis adnumeravit et ap-
pendit: qui eam nobis Apostolicam Catholicam Christi
Ecclesiam, censuit: Et per eundem olim Salomonem, et
disertius per interpretem eius, hunc Ioannem: neq; re-
ctius et plenius laudari et depingi ad vivum posse: quam
in illa viva Et illustrissima imagine, omniumq; laudu
et virtutum et gloriarum summa et complemento: inq;
idea Et perfectissimo exemplo Beatae semper virginis,
eiusdemq; Matris Domini. Nihil adhuc tantarum
ego laudum Et gloriarum, in presenti quidem, attigi:
neq; intuli pedem in tam latios campos, Viamq; regi-
am: Et presulcata impressaq; in eam ipsius Sancti
Spiritus vestigia. Non sum sanctae Ecclesiae Catholicae
Spiritus, in hos suos caelos usq; persecutus: neq; adhuc
ad Catholicae Ecclesiae, et veritatis ultimas gloriarum
metas Et terminos viam mihi affectavi. Non adoravi,
Et humilis osculi obnoxio suo honore sum persecutus, in
caelos sese a nobis erigentem Catholicam Ecclesiam: et suo
inde Sole suaq; Corona duodecim Apostolicis radijs ad
nos deinceps affulgentem. Non hic eam imposui sua Aquila
la: Et huius remigio alarum evexi et produxi. Conten-
tus fui, uno adhuc brevi in praesentia verbo, Ecclesiae
Sanctae

Apocalips.
cap. 12.

Hac die neque
que omni-
no debui al-
liud nisi Ec-
clesiam fo-
nare.

Sanctæ istum nunc duntaxat titulum, & ipsum sum-
mæ gloriæ honorumq; nomen nuncupare, & iudicio fir-
miore commendare. Idq; hoc ipso actu meo solenni &
legitimo, & hac die domini: ad quam ille mihi destina-
vit & præfinit & voluit, eius iam dudum ab ipso
mihi factæ lucis, & contestatæ suæ veritatis testimo-
nium, edere iam me in publicum: atq; in hanc lucem
omnium sæculorum & gentium, & liquidam meridi-
em promulgare. Hac hac die mea Domini: qua ille à
tentorijs me illis araneiformibus & leuidentis, &
Transfugarum & desertorum ac Libertinorum suo-
rum nebulis lineis, ventisq; textilibus, & temporarijs
papilionibus, iam in Psalmo 83. ita deculpatis, repre-
hendit & sistit de fuga: & eiurato tam noxio commi-
litio & cohorticula, in suum agmen describit: & suo
me hic sacramento subdiu & in hoc publico interrogat:
suorumq; stativorum castrorum, illis contra choris, &
ordinatissimæ suæ Aciei perpetuo contubernio, me am-
miscet & adoptat. Hac ipsa eadem die meà: qua me
Dei misericordia recuperatorio iudicio, vindicijsq; se-
cundum me datis, sibi adserit: & sibi iure $\pi\epsilon\pi\iota\tau\tau$, $\mu\theta\epsilon\omega\varsigma$,
tam ab Apostolis sæpius laudato, applicat & devin-
cit: meq; in integrum restituit, iure illo suo gratioso
post liminj, & iure Fortium, etiam cum Sanatibus
commu-

communicato: mihiq; ius ciuitatis in sua aperit &
condonat magna republ., veraq; omnium nostrum,
& unica Matrice Patria. Qua ego ista die, cum bo-
na pace & impetrata gratia ipsius sanctae Ecclesiae:
& more institutiq; & ritueiusdem, perpurgatus:
in eius limen & adytum pedem infero: & nunc primu-
lum, publice quidem & ex professo, quò serioribus his
meis annis, eo maturiore iudicio, & statim viriliterq;
consolidata sententià, huc insisto & me restituo: eam
ipsam egodie meam, huius mei postliminij & receptus, in
verioris patriam: & lustrationis, atq; prorsus rege-
nerationis meae die: certè & neq; debui aliud agere, di-
cere, sonare, cogitare, quàm eam ipsam solam Eccle-
siam: & optimo iure ac forma Ciuitatem DEI: in
cuius album venio: & quanto cum beneficio, ipsiusq;
immortalis DEI certo instinctu, numineq; & vir-
tute, in eam album & Librum Vitae diuinum, et ma-
triculam Magnae nostrae Matris, ipse etiam, nunc su-
beam: non potui non, relictis rebus alijs, illico nunc
edere: & tantae rei meum aeternum praconium, hic
iam auspicari. Reuera enim illa omnia Elogia &
glorias: quibus ipse Dominus suam eam Reginam,
Sponsam caelo tollit & miscet: & qua autoritate, po-
tentia, Regia prorsus maiestate, & splendore hanc
F nobis

nobis Matrem, uti toto cursu suarum Scriptura-
rum, sic maxime per Ioannis Apocalypsin cap. XI.
præfert et sistit: Et quæ ille spolia Et conglaniorum
sparsiones, etiam ab hac sua Matrefamilias et simis
sua Ecclesia, ac Regina dispertitur; etiam eo mystico
67. suo Psalmo id spondente: Et deniq; uniuersim;
quanti omnino emolumentum, fructus, beneficij, Et
prorsus necessaria possessio sit, Et ius ciuitatis, vera
unica Ecclesia DEI: Ea omnia in præsentem innuere
Et designare, Et uiam ad tantos fontes Israelis in-
dicare magis adhuc, quam pro re ipsa Et meo uoto
persequi potui. Et ferè duntaxat potui, de mei ani-
mi sententiâ non nihil profiteri: Et testatum istud
iam tandem clariùs factitare: quanto beneficio ipse
me immortalis Deus, uerioris sua Ecclesia ista præ-
statione auxerit, inq; eius Lucem cum hodierna die
instaurarit.

Breui ἀγθυ
προφορᾶ sum
hic conten-
tus obstrues
refugis &
αγυροφῶν
τοῖς refutan-
tium ea tan-
ta Ecclesie
priuilegia.

Nam quòd hic mihi nostri Refractarij Et
Desertores ad ingenium suum re-
deant: Et sua in ἐριστικῶς λόγοις γυμνασῶν sese iactent
Et uentitent: Et hoc mihi spoliū, quod mihi illa
Gloria Domus regia, iam à Psalmo 67. diuisit: illud
quòd spoliū detrahere mihi postulent: Et latus mihi
undiq; impetant: nihil egerint. Utcunq; clamant:
eas glorias Et encomia, non nisi Ecclesia gloriosa Et

caelestis esse: non competere nisi in vita aeterna Eccle-
siam: nisi in Ecclesiam inuisibilem: Vt cumq; cla-
ment alij: nec ullam visibilem magnam & Catho-
licam Ecclesiam requiri & respici oportere: cla-
mentq; etiam in hac vita, illos potius inuisibiles &
occultos pauculos quosdam, esse pro Ecclesia. Cla-
ment quantum libeat: sub suis pellibus et scortis vi-
tam sibi liberrimam & iocundam & plenum ius
ciuitatis esse: & pra ijs non cura habeant respicere
ad choros castrorum & aciem ordinatam Domini,
et eius Quadrigas, castraq; Pratoria Aminadab.
Clament ad rupturas usq; in suis illis conciunculis:
in quibus, & uerba d' eis d' d' u' d' d' u' &: Ecclesiam Domi-
ni non esse, ad modum optima Aciei, politiam Mo-
narchicam, perpetuo ordine et legum aequabili tenore,
et quasi uno filo, adnexam deniq; ad unius Amina-
dab et Regis cuiusdam pratorium. Clament et rum-
pantur: quia suis a deo Ecclesiis hoc eripuerunt: uti
ne possint esse columna et Cylindrica bases veritatis:
clament, nec esse ea potestate Ecclesiam nostram mili-
tantem posse: et hunc ei ab ipso tamen Paulo ad signa-
tum titulum, impudenti Sophistica transferant, isti
desultores ad Ecclesia suam inuisibilem. Omnia susq;
deq; habeant, et commisceant: et Ecclesia pergat, tum

Ex Psal. 83

1. ad Timo
3. vers. 15

Jugum & imperium detrectare & exuere, i. n. con-
culcare auctoritatem: & eam alteram divina ve-
ritatis columnam & perpetuum Atlantem pessi-
mum dare: Adeo pessimum dare: uti ijs omnibus glorijs &
opibus & thesauris celestibus, tantisq; prerogativis
& privilegijs, ornamentisq; diuinis exspoliata:
iam porro licentiosè incessant, cum atrociore contu-
melia: atq; pro ipsius Antichristi regia & tyrannide
eam traducant: & acerbissimo mendacio calumni-
entur. Idem tamen istud semel ad hunc meum so-
lennem Lustralem diem, vel ex me etiam, audiant et
sibi sciant: fluxisse illos iam sexaginta annos: quos
ipsi met Magistri & Principes ad hoc novum Euan-
gelium suis extraordinarijs Cursationibus & Ordini-
nis sacri prauaricatione, destinarunt et disponderunt.

Apocal. 20

Fluxit momentum eius seculi: quo B. Ioannes mo-
net, solui quandoq; Deo ita coniuente, & laxari
Orcium carcerem et custodiam, ipsi spiritui Belial
& Legiruparum. Fuit, fuit Babylon vestra magna:

Apocal. 16
2. Thessa. 2.

& mysterium vestra Mulieris: & mysterium vestrum
Antichristi. Fuistis vos: postquam refutastis illas
Domini triumphales Petras, etiam Zachar. cap. 9.
iam surrectas: fuistis vos Olla, ipsaq; illarum simul
carnes illa, Ezechielis cap. x1. Fuistis: bene ventro,

sa,

sa, sed frivolaria, ea olla & ampulla Prophetæ Zach.
cap. v. & succollastis in vestros ventre illam vestram
Liberiorem vestra ^{αυτονομία} meretriculam. Et quia
cum Joannis Apocalypsi cap. xi. Matronam Chri-
sti, Sponsamq; Matrem Virginem, super Aquila-
rum refutastis remigio, in celos suos attollere: ibi vos
nunc, iuxta præscriptum & vaticinium Zacharia
cap. v. super bene candidatis & nitidulis & argu-
tis alis Ciconiarum & Ardearum: cum equilibrio
plumbei cordis orisq; ferrei vestri: deportastis, ve-
stram Reginam plenissima Libertatis Christianæ
Amasiam: non quidem in exilium, sed in vestram
deniq; patriam, & Regiam, & turriculam Babel,
campumq; Sennaar. In qua bona & propria vestri
cursus & tam extraordinaria volitationis meta,
cum iam regnetis: & illo Ciconia exili prorsusq; ficut-
neo vestro talo, aliter atq; aliter suffulciatis: & cum
ita potiti tandem sitis rerum & veritatis ipsius sa-
cræ: & ad viuum expresseritis, diuinitus illam no-
bis delineatam Ecclesiam, sed malignantium, & Be-
lialis, & Legiruporum, & Transfugarum, & per-
duellium: & uno verbo, ipsam Cathedram pestilenti-
æ: has omnes ^{θεογενῶν} imagines & titulos cum
a deo nobiliter geratis & eviceritis: Quid iam vobis
restet?

His, qui o-
furi sunt
pacem, ex-
emplo Psal-
mi 119.
precor pa-
cem.

Psal. 121.

restet? Quid restet ad ipsum Belial? De Ecclesia au-
tem, quantillum restet? Adeo utrunq; vos quidem
istud praeclare. Et nec ad Belialis sacras notas &
typographiam, reliqui vobis quidquam fecistis: neq;
viam ad Ecclesiam veram, non praclusistis: nisi
istam, illis exutis & dimissis, ipsi occipiatis iterum
vobis recuperare & sensim recludere. Atqui hoc
ipsum iam est, quod reliquum ipse nunc habeo: perpe-
tuumq; cum animo meo & hac mea vita sum habi-
turus: vobis precari & à Deo immortali votis as-
siduis exorare: uti huius tanta ruina vestra & vo-
luntarij precipitij, suam iam tandem permissionem,
ipse sistat & sufflaminet: vobisq; in hac pestilentia
Cathedra, iam animam agentibus: & in eius turri-
cula Babelis vestra iam cultro & acie, ad omnem
precipitem delapsam, nutantibus: manum ipse inij-
ciat: prorsus, ut est in graeco prouerbio, θεὸς τοῦ ἀπο-
πυρραῖσθαι: & è faucibus istis Orci ereptos, in sua Ec-
clesiae sinum vindicet & traducat: atq; huius ipsius
laticiae meae, & meae illustrioris diei fructu & tanto
beneficio, vos etiam augeat: & suae militiae succentu-
riatos, in aeternum adstringat. Propter fratres meos
& proximos meos, prorsus cum tuo Dauide, loquor
hanc pacem de te, DEVS. Propter domum Do-
mine

mine Deus noster, tuam, requiro bona hac TIBI.
Rogamus quæ ad pacem sunt Ierusalem & abun-
dantias diligentibus eam. Ierusalem enim Domini
sic inædificatur: ut sit Ciuitas optima politia & ger-
manissima concordia: cuius inter se totius & singu-
larum partium eadem sit participatio & communio
& ἁποχρησία. Ita ibi David: Ita cum eo ipse: Ita o-
mnis Ecclesia. Eiq; tam meo seruo & ardenti cupi-
dissimoq; & perpetuo voto: nihil cessurum est &
defuturum meum quoq; ipsius ad eam rem, tamen-
et si minoris facultatis & presidij & industria, stu-
dium, operaq; & laborum contentio: Deumq; hoc
etiam eximie oro: ut me huius sua Ierusalem talem
efficiat particulam: quæ, secundum prædicta Psal-
mi verba, sit participatio in istud commune medium
& unum idem ipsum: sit μετοχή ἐς τὸ αὐτό: & profici-
at pulchreq; conspiret in hanc exædificationem & o-
ptima formula ac ordine structuræ totius Catholicæ
Ecclesie. Propter enim fratres meos & propter proxi-
mos meos: iterum cum Davide tuo dico: loquor hanc de
te deq; tua Hierosolyma, pacem O DEVS. Et quò ad
eam tantam rem minus ipse eualuero: et per has me-
as partes, & mei demensum ingenioli doctrinaq;
minus

Et pacem
meam aio
mihi confe-
cturum &
euieturum,
etiam meo
in procin-
ctum stante
Pentathlo.

minus possim: eò plus de eo beneficio orandum esse
mihi, singulisq; iuxta omnibus, Deum, eius propri-
um autorem & dixerim, censeo: & in eius Lumine
Lumen nobis à Patre eo Luminum, esse expectan-
dum. Ac tamenetsi verò ita nihil huus mihi quicquam
arrogò: neq; tamen, adeo etiam mei negligens,
& officij mei diuiniq; beneficij fieri debeo deprecia-
tor: uti omnes in eam rem operas & diuinitus mihi
ostensas imminentesq; partes & officia & stationes,
mihi derogem, & insuper habeam. Et habeo hanc
modestam, & caussariam, bonoq; modo & ratione,
fiduciam: & exemplo meo, Deum ipsum immorta-
lem, eam circumdaturum à sese caussaq; sua robore
& bonitate, autoritatem. qua in eiusdem caussa pro-
ficiat & redeat fœnus: & veritatis sapientiaq; My-
steriosa sua ita mihi istam aucturum & conseruatu-
rum lucem: uti ea sufficere, collustrandis etiam &
emaculandis istis omnibus tenebris, queat. Qua
tanta, ipsius cum maxime Diuini presidij & au-
toramentj, fiducia: caussaq; huus, & æque diuina
veritatis bene firma & prorsus inuisibilis conscien-
tia mea: etiamq; ex bono iure & nexu necessarij mei
muneris & noue stationis: iam nunc debeo in eam
me stationem firmare: non sine Achilleo scuto, &
omnibus

omnibus armis ac ornamentis meis, ipsaq; Panoplia
PENTATHLI & Quinquercionis cuiusdam In-
uicti: cuius ne ego amplius hic, ipsum me, faciam præ-
conem: semel de hoc meo nunc aio: Quod ille quon-
dam Spartanus de scutulo suo: ἢ τὰύτην: ἢ ἐπὶ τὰύτην.
Ad eum ergo se componant & cum eo gradum pes-
demq; deinceps conferant: quicumq; hic mihi magnas
aduersarias minantur: & amicitias pristinas in
odia commutant: qui, non minus, quam illi olim sui
Dauidem: cum loquor ijs, oppugnatum me veniunt
gratis: & nullo meo merito: & cum pacificus sum,
ipsi oderunt pacem. Eum Pentathlum nostrum po-
scant rationes omnes reliquas de Ecclesia: & actus
istius hodierni legitimi & solennis causas, in eius
scuti & Palladij voluminibus legant et intelligant:
qui, cum illis à S. Paulo iam olim vituperatis, pu-
tant ad se solos verbum DEI pertigisse: & Ecclesia
sanctissimi tituli spolio, per vim sibi usurpato: quas
sibi ipsi aduersarias sua contumacia & rebellionem fe-
cerunt: & cuius Catholica Ecclesia ipsos Dei ordines,
isti λειπτοτάκται deserunt: in eam illi Ecclesiam omnia
atrocissima calumniarum tela & venena euomunt.
Beneq; est istud: quod cum iidem etiam in me minen-
tur insurgere: quod hic tamen illi, non nisi illo suo

Psal. 119.

I ad Cor
inth. 14.

G

antiquo

antiquo totius causse publicæ & veritatis, & Catholica omnium retro seculorum Ecclesie, odio, in me possunt exardescere: & in eius odij & voluntaria sua aduersationis & refragij, me etiam, trahere & vocare patientiam. Beneq; etiam sic habet istud: quod, cum illi illa sua omnia inueterata, & iam callosa suorum Maiorum & totius retro Ecclesie pristinaq; pietatis odia, sint in me, iam innouata & recoc-ta, euomituri: & isti Nouatores, atq; à S. Paulo iam culpati, καὶ ὑφ' αὐτοῦ & νεωτέριστοι sint me, hominem, omni meo perpetuo studio Antiquarium, ob antiquioris veriorisq; doctrina sacra suas antiquationes & sua repudia, modis omnibus damnaturi: & ita causse publicæ odijs suis, me oppugnaturi: Ibi vero idem prorsus fiet, etiam ex nostra parte, sed tamen sanctius: Et neq; caussa ipsa publicæ: totius hac Catholica Ecclesie caussa: & caussa præcipua ac capitalis: totiusq; retro antiquitatis & sacrae historiae caussa: huius tam inuictis argumentis & omnium seculorum fide ac testimonio, & ipsis Dei sanctionibus contestata, caussa. Veritas: neq; ea ipsa sese unquam deseret: & lucis sua tantæ ecclipsẽ ullã sentiet: non magis quàm Sol iste reuera nullam sentit: neq; defugiet ea hanc tantam sui ipsius autoritatem: & neq; me,
semele

semel dignatum è tenebris in suam lucem euocare:
 Et in suam firmiorem cohortem pratoriam statueret,
 ad sustinendas illas multiplices Perduellium suorum
 tergiversationes: ipsa hic me unquam destituet.
 Minusq; desultorem me illius unquam aut emanso-
 rem aut *λειπτοτάκην* Et preuaricatorem fieri posse: ille
 siuerit Dei Et Catholica Ecclesia Et firmitatis
 proprius, sanctus Spiritus: qui solus hoc habet,
 quod signet: qui solus tum sua toti Catholica Ec-
 clesia, tum eius ciuibus singulis, istud charisma fir-
 mitatis proprium, ut S. Petrus ait, Et perpetu-
 um facit: Et illa suorum efficacia sacramentorum
 consolidat Et obsigillat. Hoc ligat estimonium: hanc
 obsigna legem in me, discipulo Et Catechumeno Et
 tyrone tuo, O DEVS.

Ephes. 1.
& 4.

2. Petri 3.
Vers. 17.
Ex Esai. c. 8

Sed iam ad me Et ad institutum huius diei Et
 actus solennis nouissimum, redeo. Et posteaquam
 iam ergo haectenus, primum illum meum, obnoxium
 Deo, reatum lui: Et ista, ita semper quidem intra hanc
 verborum facultatem, Et solam animi deuotionem
 constituta gratia Et pietate: cepi, etiam publice,
 exsoluere: Et haec *προτέλεια* Et meorum *λαγιστηρίων*
 praemissa Et primitias libare: ita iam deinceps
 ex eorundem complurium magnorum DEI
 beneficiorum copijs, animo oculisq; meis, unius

iam deniq; post
 ea aeterna Dei
 beneficia: etiam
 illud quod ma-
 gis ad hanc di-
 em: celebros
 exsequor Et
 hanc quasi uadi-
 monij cuiusdam
 diuinam presta-
 tionem asces-
 ptulo.

precipui & illustrioris splendorem, ista ipsa mihi
 succendit & illuminat dies: & actus auditorijq; hu-
 ius solennitas. Cum enim precipuum & immortale
 & incomparabile istud, diuinæ ipsi misericordie ac-
 cepto tulerim, & in solidum imputarim beneficium:
 quod perpetuorum meorum, solius in omni genere
 veritatis & scientie studiorum, hanc mihi ille sum-
 mam & ultimam coronidem superiunxit, sua eti-
 am sacra & Theologica veritatis: quod ille meam
 mentem & obsequelam retraxit & auulsit ab istis
 1. ad Timot. νεοφύτοις & ἑτεροδιδασκαλίαις, & antithesibus ψευδωνύ-
 cap. 6. μισ γνῶσεως: ab istis semper discentibus & ad cognitio-
 2. ad Timoth. 3. nem veritatis nunquam peruenientibus: ab ista κρυβεῖς
 Ad Ephe. 4. & 2. ad Timoth. 2. & tesseraria leuitate doctrinarum: & prorsus Can-
 cro & gangrena et Cathedra ipsius pestilentie: ab
 istis totidem à sese iam designatis & per S. Paulum
 suum, ostensis hereticorum notis & imaginibus:
 quod me gloriosus Deus, iam inde ab adolescentia
 mea auocauit & reuulsit: quod me tam multo hoc
 tempore, & ad hanc usq; virilitatis meae maturita-
 tem, in sua veritatis πειρασίαι ipsa exercuit, & quasi
 in cortina tinxit & maceravit: Quod sua veritatis
 ἰγκυκλοπαιδείαν & Catholicam vim, & propriam
 Cyclicamq; firmitatem et unitatē & uniuersitatem,
 illamq; Pauli sui ὑποτύπωσιν sanorum verborum,

1. ad Timot. cap. 6.
 2. ad Timoth. 3.
 Ad Ephe. 4.
 & 2. ad Timoth. 2.

docuit: Ἐῤῥητικὰ ἀπειθεύσια καὶ ψευδογραφήματα,
Ἐῤῥιστικὰς ἀσσοφιστικὰς λόγους dedocuit: In his cum o-
mnibus singulare Ἐῤῥ incredibile DEI misericordis be-
neficium recognouerim atq; celebrarim: tum vero
aurem mihi perpetuò uellicat Ἐῤῥ in sui memoria ac
mentionē detinet, ista ipsa dies Domini, Ἐῤῥ actus
eius legitimus: quo ille: prorsus uti olim David sibi
item à Deo factum, Psalmo. 40. canit: de lacu lu-
toq; eductos pedes meos, statuit super Petram: Ἐῤῥ im-
mittit in os meum Canticum nouum: Ἐῤῥ hanc ipsam
auriculam meam sibi perforat: suo me iuri nexus et
mancipij uindicat: Ἐῤῥ sanorum uerborum acroama-
tis initiat et inaugurat: Ἐῤῥ in Ecclesia Magna sua,
dictome facit audientem. Hoc, hoc certissimum Ἐῤῥ
illustrius diuinae misericordiae munus et donatiuum:
hanc splendidissimi diei huius largitionem Ἐῤῥ spar-
sionem: hoc diurnum Ἐῤῥ congiarium, obuiò meo sinu
excipio, Ἐῤῥ in scrinia à anima pectorisq; mei intima
recondo. Hoc, hoc ego hodie lator Ἐῤῥ serio triumpho:
quod illa omnia sua tam multi temporis beneficia
Deus gloriosus mihi conseruauit Ἐῤῥ perfecit Ἐῤῥ ma-
turauit: Ἐῤῥ in huius ipsius publici lucem ac splendo-
rem, Ἐῤῥ omnium theatrorum fiduciam eduxit Ἐῤῥ
educauit. Quod me: prorsus quasi ad normam illo-
rum

Ad Eph. 4.

Ex Ps. 121.

1. Regum
6. Verſ. 7.

rum verborum Pauli ſui: etiam in ipſum opus ſui miniſterij huc uſq; conduxit: in adificationem ſui corporis: ut occurram & ipſe in unitatem ſi- dei, in virum & Chriſtianum perfectiorem, in meſuram plenitudinis, etatis & annorum Do- mini: ut iam neq; ſim infantulus fluctuans, & cir- cumferar omni vento doctrinae, in nequitia & rubia & tesseraria variabilitate hominum, ad cir- cumventiones errorum: ſed uti iam ſim mem- brum ſui corporis Catholici, per unam ἐπιχορηγίαν & manalem aequabilis conformitatis vim, inter ſeſe per mutua coagmentati: uti pars ſim & civis ei- us ſuae Hieroſolymae: quae ſic eſt civitas, uti eius ſit participatio in unum commune ipſum. Huius tam pulcherrimi Communis, & optima ſuae hierarchie, quod me civem partemq; & membrum facit: in il- lum templi ſui ſplendorem & ſanctitatem quod me hodie admittit & infert: Quod non minus, quam olim per Salomonem Regem, ſui ἀναδοξῶν & ſtructo- rem Templi, iſte Architectus id templum ſuum componi & coagmentari voluerat: materia quidem ipſa omni iam multò antè affecta & elaborata: quod, inquit, non minus & nunc idem in me viſus eſt ſtatueret & exſequi velle: & quod, non niſi poſt iſtud

istud multorum annorum meum domesticum sacra-
mentum & Theologiae studium: & suam mei lon-
gam deasciationem: nunc me demum solennius &
luculentius in hoc suum ipsum publicum educit: &
quasi recoctam meam tessellam in suas substructi-
ones coassat: & subscude sui Spiritus colligat: glu-
tinoq; intestinae suae Catholicae loricationis, et uni-
uersalis unitatis, conuestit. Quod ita in sua marmo-
rata & illa à sese bene statuminata & pavita Ec-
clesiae suae camenta: etiam istud rudus novam & re-
divinum meum infarcit: atq; etiam ex hoc meo bal-
bulo ore, ipse gloriam sibi suam conficit, & quasi ex
quercu exsculpsit. Quod me Deus gloriosus, in hac
suae veritatis cura & studio fovit, et defendit: et in
hanc diem usq; suam, publicationis et actus solen-
nioris mei, me reseruant. Quod actus huius legiti-
mi sui copiam mihi, aditumq; ad suam Ecclesiae
& sancti Spiritus communionem, per hoc sacra-
mentum salutaris publicae Pœnitentiae, perq; ius
postliminij & per ius suorum Sanatum, fecit. Quod
eorum omnium beneficiorum suorum, tam ipse-
met vivum me fecit exemplum: atq; ad suam
veritatem & sapientiam, saculo meo nostrisq; po-
steris, hanc meam diem præfulgere voluit.
Quod

Verè A Do
mino factū
est istud.

*Quod ad eandem suam veritatem: Tuam, Reueren-
dissime PRAESVL, doctrinam & Cathedram, &
tua primum omnium vocis quasi classicum & in-
centiuum mihi praere, & me iam olim, adhuc ado-
lescentulum, euocare voluit: eiusdemq; autoritate,
etiam hoc silentio & in solius mei pectoris conscien-
tia, me usq; ad hunc diem coeruit: & nunc isto ipso
die, ad hanc tuam ipsius iterum, sed iam Episcopalem
& illustriorem, Cathedram sistit & reducit: meoq;
ad suam veritatem magno Auspici & ipsi principi
actacito ignoratoq; Autoris nunc demum reddit et
publicat: & ad tua nunc Clementia genua admouet:
sub cuius iam olim genibus & Cathedrae pede, me-
am adolescentiam, ad unius & alterius sacra differ-
tationis vestrae acroama, subiecerat. Quod nunc me-
os viriles hos annos ad percipiendam vestrae Ecclesiae
Sacramentorum Dei escam firmiorem, adponit, cu-
ius infantiam tuo ipsius Lacte pauerat. Quod hoc
eodem die, & in Catholica sua Ecclesia circulum me
acceptat: & quasi circulo rerum quodam, ad te
ipsum, eius mihi totius rei primum auspicem & ma-
gnum Autorem, Illustrissime Princeps, reducit. Quod
me huc reducit, ad agendas easdem, tum ipsi
principaliter glorioso Deo, tum certè etiam reliquis
i anti*

tanti mihi beneficij autoribus, atq; in ijs Principi
Tibi, gratias & ad subsignandum hoc primum me-
arum gratiarum in ipsa vestrâ genua, documentum:
vt sic circulum & δίκυλον suum obire, etiam hæc meæ
Charites possent. Quod, inquit, huius etiam bene-
ficij, singulari splendore atq; gloria, hunc mihi diem
meum & actum solennem ac legitimum coronare
& exaugere & illustrare diuina voluit Misericor-
dia: & in hanc unicam diem tantas mihi beneficio-
rum suorum opes & liquidos Soles corradiare: de eo
vero ipso gratias eidem immortalî Deo: & ago hoc
meo die in hoc publico ampliores solennioresq; & de-
beo in omne reliquum tempus sempiternas. Itaq;
quod nunc post istas huius diei functiones: Dei bene-
ficium & actus huius legitimi solennitas, reliquum
nobis adhuc fecit: & quod in primis, Reuerendissime
Dn: Presul, in tua iam manu posuit & commenda-
uit: id vt & ipsum digneris exsequi & implere: qua
oportet reuerentia obsecro. Et quia Deus me immor-
talis hoc suo summo beneficio est dignatus: & hodi-
erno meo die me in sinum suæ Ecclesiæ restaurat, &
ad hunc Episcopalem sinum & sacræ tuæ autoritatis
& Litui Virgæq; pastoralis autoramentum sistit,
& iure postliminij reciperat atq; reducit: ibi ergo
H iam

iam tu item, Reuerendissime Praesul, istud mihi
certare cum diuina clementia digneris: Et ea omnia
Dei beneficia, hoc semel actu legitimo mihi exsequi,
Et sacra tua gratia argumentis consignare. Agnosce,
Illustrissime Princeps, in manu mea hanc Tesse-
ram sacrae Vestrae militiae Et sacramenti Veritatis:
ita uti eam olim, meam adolescentiam fecit ipse
DEVS, ex tuo ipsius, quamquam inscij, Et idigno-
rantis ore, arripere Et usurare. Eodemq; nunc
sacramento dignare me fidentius Et apertius inte-
rogare: Et Tibi veritatiq; Et Ecclesiae DEI deuota-
re Et in eius stationes adscribere. Adscribe me,
Princeps Reuerendissime, in illam aciem Castrorum
DEI ordinatam, Et illos choros castrorum, sic: uti
etiam ad Quadrigas Aminadab, et cohortem ipsam
praetoriam propius admoueas. Sic me in cateruam
tuae Ecclesiae adopta Et succenturia: uti sub vexillo
statuas totius Catholicae Ecclesiae: eiusq; Praetorio Et
Quadrigis Aminadab, ipsius etiam Sanctissimi
Opt. Max. Pontificis CLEMENTIS nostri octauus
Clementiae, eadem opera tua sistas: atq; ad oscula genuum
pedumq; eius, humilem meam pietatem, applices.
Patiamini, Et tu Sanctissime Pontifex: CLEMENS
noster

hi
ia
ii,
of-
se-
is:
se
w-
nc
te-
im
ne,
m
uti
m
m
illo
Et
mi
ui
m
es.
NS
ter

noster Octave, Et tu Reuerendissime noster Praesul,
ANDREA: cum sancto me regis Salomonis Canti-
co, omisis tandem Et fastiditis illis caducis, Et DEO
perpetuum exosis Et deculpatis Ficibus Et sycomo-
ris, ascendere me in Palmam vestram Et apprehen-
dere fructus eius: uti fiam Et ipse tandem ille Davi-
dis homo Iustior, plantatus in domo Domini, in atri-
is domus Dei, ut Palma florescens. Patiamini, ab
osculo genuum vestrorum, ascendere me in ipsum
verticem PALMAE vestrae: Et hoc Caput Et sacrum
Christi magistratum Et Episcopalem Ecclesiae suae
dignitatem adorare: Et hoc ipsum meditari Et
intelligere, in illa diuinitus nobis prae-monstra-
ta Et eleuata Palma: quo modo sola ea omnium
arborum Et plantarum diuinitus hoc sortita est:
quod suum, ita etiam omnibus linguis proprie
appellatum Caput Et cerebrum, in ipso suo verti-
ce gerit Et attollit. In hanc me Palmam vestram,
in hoc ipsum caput Et os Catholicae Ecclesiae Et
palmam Christi, patiamini me ad id osculan-
dum et adorandum euadere: Patiamini me venire
in odorem unguentorum vestrorum: in labia vestra
stillantia meram Stacten et myrrham. Agite, trahite
ducite, pascite illius me odore et nectare Vnguenti
H 2 vestri

Cantici ca:
7. vers. 8.

Ex Psal.
132.

vestri capitalis principalisq; Balsami quod descen-
dit in illam senilem vestram barbam Aaronis: quod
descendit in oram vestimenti vestri: sicut ros Her-
mon delabens in montem Sion. Trahite me in odorem
& indaginem solius Olei huius Sacerdotalis Sacra-
docentis omnia Vnctionis: & Spiritus mihi Oleiq;
et Ignis diuini charismata et rores ab hoc solo vestro
Oleo et Balsamo prestate. Ipsemet Dominus, sese o-
stēdit: et vindicijs ipsis perpetuis adserit: unxisse hac
vobis capita: hoc unum solum Aaronis sui Caput &
canitiē ipso hoc Balsamo dignasse et imbuisse: uti Ca-
pitis honore et nitidis vestris opibus atq; imbribus Sa-
crarū Gratiarū totum reliquum Corpus, foueretur;
beneq; & iocundè reliqui item fratres habitarent in
Vnum. Eius ibi Balsami & Olei sui Sacerdotalis
nimbos in comas barbamq; sui Aaronis inuergit ipse
Dominus: uti tamen rores & Sparsionum neēt arearū
rum guttas in reliquum corpus vestemq; excipiat: &
vestri Capitis beneficiarios membraq; nos ceteros
permanere iubeat: & per illam suam à vobis ἐπιχορη-
γία ac manalem vim animaq; viuentis influentiam
nos lauare & ungere & perrigare promittat. Quod
promisit: quod insit, quod voluit fieri ille Gloriosus
Dominus Deusq; noster: quod in Mosaica Ecclesia

iam

iam adumbrarat: quod in veritate huius nouissima
sua Catholica Ecclesia iam bona a deo fide est exsecu-
tus: quod illo Psalmo 132. a deo nobis commendat:
idem permittite, verū, aliquatenus & suo bono modo,
etiam in me fieri. Permittite huius sacri Olei gu-
stum sensumq; & unam guttam in meas quoq; aren-
tes fauces & siccas manus decidere: & eius me Olei
vestri imbibitione et quasi promulsione, sinite ad cresce-
re & adherere vestro capiti, huic magno Domini
Iesu Pontificio & Magistratui eius Sacro: & in
hanc fratrum in unum habitantium Concordiam et
iocunditatem coalescere. Patiamini me cum ipso
diuino Salomone ascendere & eniti ad ipsam hanc
Palmam Vestram: ad ipsum hoc Caput & *εγκέφαλον*
Palme vestrae, ab ipso Domino sic elatum & in un-
ctum et pingue factum: uti siamus *εκελασιματα* &
rami, non nisi huius Palmei Capitis: et mēbra adha-
rescamus ipsi Catholicae et per optimae Monarchiae leges
caput efferētis & Palmario Vincentis Ecclesiae. Ex
eo ipso Capite uti enati, multiplicemus & sparga-
mus ramulorum nostrorum brachia: iisdemq; Vin-
camus & triumphemus, et contra omnium haereson
& Aduersariarum pondera ac iniurias enitamur:
fructusq; ex eodem ipso Capite & Corde nostros ger-
minemus

Ex cap. 7.
Cantic.

minemus prædulcium Dactylorum Deniq; ut verbo
rem dicam tantam, ipsiusq; Davidis verbo: fiamus
plantula Iusticia, sed in Domum Domini et in Atrijs
Hierusalem propaginata: ibiq; florescamus ut Pal-
ma: Et omne ingenium naturasq; Et virtutes tam
ἱερογλυφικὰς ipsius Palma, Domino DEO nostro re-
presentemus. Me quoq; ibi simul in hanc cum Pal-
mam vestram admiseritis Et in hoc Palma ve-
stra imposueritis Tropheum: expergefacite me ab
ista Malo, ubi me enixa est Mater mea: tollite me
ab umbra Et sopore, sub hoc Pometo caducarum
Et annos non ferentium Ficum Et Malorum
hereticarum: Et ducite me ad vestras vineas:
ad vestra mala Punica illa Aaronis; ad ἀκροδρυάδα
Et Nuces vestras, ab illis pomis deducite: ad illas,
me amygdalos vestras deducite: ad illam virgam
Aaronis, Et Pontificij vestri Lituum, canicie
Veritatis diuinae Et Catholicae Ecclesiae autoritate
regerminantem Et perennantem. Inq; ἀκροδρυάδα
me vobis Et in fructum constantia ac amygdaline
duricie consolidate: Et illam fluxam Et ficulne-
am Solam hereticorum fidem fructusq; fatuissi-
mos ex animo meo in totum delete. Deducite
me

Ex Cantici
cap. 5. & 2.

me in hortum Domini ad areolas aromaticas,
ubi pascam in LILIIS. Ego sum dilecti mei: di-
lectusq; meus sit mihi: QVI PASCIT INTER
LILIA. His fulcite & recreate me floribus: his sti-
pate pomis: hos mihi hinnulos Gratiarum prodite,
qui pascuntur in Lilijs. Ad Lilia me admittite,
illa candidissima & fragrantissima Veritatis diui-
nae & unicae Christi Sponsae: ad Catholicae Eccle-
siae Lilia me admouete: quae & Senario folio-
rum suorum numero ipsius admirabilis & glo-
riosa Diuinae Trinitatis, ιεσοϋλυφικον fieri, simulq;
ex eadem causa, etiam Catholicae & Cyclicae Chri-
sti Ecclesiae instar habere meruerunt. Horum me
veritatis & Ecclesiae Christi & certe Catholicae
Ecclesiae Liliorum lacte, Spirituq; & odori-
bus, pasce nunc & recrea, Reuerendissime
tu noster Antistes: & cum me in Ecclesiam
hanc tuam, Veramq; Catholicam receptas:
ista ipsa Lilia respice: quae vel pro peculio
& perpetuis proprijsq; Ornamentis & insi-
gnibus, ipsa hac tua Ecclesia Silesiorum
sibi iam olim vindicauit. Id quod tuam
Reueren-

Ex Cantici
cap. 7. v. 2.
Reuerendissimam Clementiam iterum nunc iterūq,
etiam cum hoc ultimo orationis meae halitu, omni-
bus modis & precibus: nec pro me meaq; solūm fami-
lia: sed & pro plurimis, quātmox in exempla &
Vestigia nostra: quod DEVS bene faxit; subitu-
ris: reuerenter oro & deprecor.

DIXI.

VNUM EST NECESSARIUM:
aiebat DOMINVS Lucae X.

Cum Gregor Nazianz. Concludo.

Ζητῶ Νῶε κ' ἄβωτον; ὅπως μὴ ῥοῦν αἰνῶν ἀλύξω.



Cum Licentia Superiorum.

Imprimebatur Nissa apud Andream Reinheckel.

ANNO M. D. XCV:

Hildrici vindiciae Biblicae Verfon: Tigur:
Pareii Oratio de pace et unione Eccl: Evangelicar.
Raxenſpergeri ad oratō ad pſy Job: Piſcatorem.
Ejūsd: iudiciū de Grot: libro ad pſy Socinū de Satir.
Ejūsd: gloſy facerſtatione.
Sculteti (Abr:) Concio ſecularis de civā Evang: reſtaur^{ta}.
Marc: Antonii de Dominis caſa ſfectionis ex Italia.
Ferſii poſtliminiū.
Argenti de ſtatu Soc: teſ: in Polon: et Lithvan:
Tamporei quāſtō de foederibz.
Mylū Comœdia Africa Synopſis.
Gelicci deſenſio ſexūs muliebris.
Facultatis Theol: aſmonitio de eādē re.
De Lublinerſi Diſput. Ann 1615.
Intimatio ſubilai Evangel: ad 1617. Witel
Epiſtola imatatoria Theol: Saxon: ad idē ſubilai.
ſubilaum Lütberanū Leoninū.

ULB Halle

004 071 263

3



56





AN. FERSSII SILESII 8
Phil. & Med. Doctoris, ac S. Theo-
logi & Candidati

POSTLIMINIUM
ad veram Vnam Sanctam
Apostolicam Catholicam
CHRISTI Ecclesiam.

ACTVS LEGITIMVS ET SOLENNIS
coram
Reuerendissimo Antistite
VV RATISLAVIAE

& pro
S. CAES. MAIEST.
VTRIVSQ. SILESIAE
Praeside supremo: Principe
Illustrissimo
DN. ANDREA.

nis qui confitebitur me coram hominibus: confitebor
& ego eum coram PATRE meo: qui in caelis est.
Ait ipse DOMINVS apud Matth: cap. 10.

SCRIBEBANT TYPI ANDREAE REIN-
heckel: Nisse Silesiorum: Anno Christiano
M. D. XCV.